Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uersali et generali Iurisdictione Imperatoris tyrannidem exercebit, et certissima ordinum confusio subsequetur, potentioribusq; semp sub pretextu aliquo extra minus potentes eorumq; subditos de facto procedere, et sibi ipsi Ius, quod placuerit, dicere licebit. Cum tamen ões eiusdem Imperatoris Status sint, et pari gradu seruata tanta distinctione classium q̃ se inuicem nõ impediunt aut absorbent, eum attingant, Impetrantem autem hoc casu esse parẽ Duci inde liquet, quod status declaratus, eiusq; rei in possessione sit, et tolli bannerum, ut Comes Imperij seu Status, non ut Landrichter Bauari ad defensionem possessionis suae, quam ad Comitatu Imperij pertinere asserit, et quem extra Ducatum ceperit!

Tertia quod in 2do. 4. et 5to punctis ante et post sententiam à Comite incompetentia obiecta, ante per ea q̃ supra ex ipso Recessu annotauimus, post p missiuã et regimen, de dato 9 Februarij Anõ 75 quam allegat regimen in sua missiua Responsoria in hac causa à Duce exhibita sub num. 24, et sic 4ta die post publicationẽ dicti Recessus, Item in Missiua de 5. Octobr. eiusdem Anni. At impugnata Iurisdictione nullibi super ea pronunciata inuenitur, quod omninò fieri debuit per ea q̃ notant DD. l. 2. ff Si quis in Ius voc. nõ ierit. Gail. dicta obser. 48 nº 8.

Quarta quod Recessui bis sit insertum, iuxta informationem Officiati Friesbacensis partis aduersae, pronuntiatum esse, ibi, Des yoslagers armuldes nach, Item ibi, Des yoslagers mayning nach. Si Comes etiam est auditus, cur hac inserere necesse fuit. An assertio unius partis ad determinationẽ rei controuersae sufficit? An hoc est eam cognoscere, stare

Sine causae cognitione Iudicatum.